



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus. Caput eius
aurum optimum, comæ eius sicut elatæ palmaru[m], nigræ quasi coruus:
Oculus eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte lotæ ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVP. IN CANT. CAN. CAP. V.

¶ Pulsandum igitur erat ad ostium ueritatis, & consulendum oraculum spiritus sancti, scilicet, sacrarium pectoris tui, ut uiua uoce omnem necessario tenendam demonstrares regulam fidei, cum testimonio scripturarum, quas memoriter tenebas prophetissa magna, & eapax oim prophetarum siue prophetiarum. Qualis est, aiunt, dilectus tuus ex dilecto o pulcherrima mulierum, idem filius tuus deus ex patre deo, qualis est o uirgo uirginum o sancta sanctarum. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos. Neque enim nos, quæ iam sumus filia Hierusalem, dubium habemus, quin ipse sit dilectus ex dilecto, id est, deus ex deo: sed non nobis solum, quæ nunc sumus in hoc tempore tuo, uerum etiam & omnibus alijs prouidendum est filiabus Hierusalem, quæ futuræ sunt post nos, ut ex te certo instructæ uel confirmatæ spiritus sancti testimonio, sciant contemneri hæreticos & solius dilecti sancto flagrare desyderio.

¶ Dilectus meus candidus & rubicundus electus ex milibus. Caput eius aurum optimum, comæ eius sicut elatæ palmarum, nigra quasi coruus: Oculus eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte lotæ sunt, & resident iuxta fluentia plenissima. Genæ illius sicut areolæ aromatum, consitæ a pigmentarijs. Labia eius lilia distillantia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacithis. Ven

ter eius eburneus, distinctus saphyris. Cru-
ra illius columnæ marmoreæ, quæ funda-
tæ sunt super bases aureas. Species eius
ut libani, electus, ut cædri. Guttur illius su-
auissimum, & totus desiderabilis. Talis est
dilectus meus, & ipse est amicus meus, fi-
liæ Hierusalem.

Tale tuum nobis carmen diuina prophetes.

Quale sopor fessis in gramine, quale per æstû,

Dulcis aquæ saliente sitim restringere riuo.

¶ Hoc tuum carmen uere pulcherrimum, & si-
cut dicitur, ita est Canticum Canticorum. Nihil
amici libentius audierint, nihil adolescētula, de-
lectabilius acceperint, quæcunq; habet aures au-
diendi sensumq; promptum, quo legitimū car-
men discernere possint. Dixisti qualis dilectus
sit, & miras qualitates eius, breuiter quidem, s; delectabiliter exposuisti, sicut habet se ipsa ueri-
tas rei, sicut omnes conionanter prædicant scri-
pturæ ueritatis.

¶ Dilectus meus candidus, & rubicundus.

¶ Unde candidus, & unde rubicundus? Nimirum
candidus sanctitate, rubicundus passione. Dicat
aliquis: Si ergo candidus, quare rubicundus?
Si sanctus, quare passus? Hoc enim admirans
spiritus sanctus in David, cum dixisset: Beatus
uir qui non abiit in consilio impiorum, & in uia
peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentie
non sedit, &c. quibus utiq; uerbis designauit, eū
fore candidum, s. immunem ab omni nigredine

Palmo, 1.

L